

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΕΙΣ

In Honorem Nuptiarum
VIRI

*Humanitate Doctrinâ & Virtute
Prestantis*

DN. MATTHÆI
VVOLFII LL. STUDIOSI
SPONSI

Cum

Feminâ Honestissimâ Lectissimâ

CHARITATE

Viri Honoratissimi

Dn. JOANNIS GRAUBII
Civis quondam Servestani Primarij re-
lictâ viduâ Sponsâ celebratarum

A. D. Prid. Id. VIIbr.

Anni MD. LXX. XIV.

Scriptæ à

Fautoribus & Amicis.

Ex Officina Typographica Zacharia Dörfferi.

120.

135

12

In hoc opere

tractatus de

D. MATTHEI

EVANGELII

LIBER

CHARITATE

DE JOHANNIS

EVANGELII

LIBER



Sponsis Novis

DN. MATTHÆO VVOLFFIO,
Serveftano, LL. Candidato

&

Charitati Kusvvetterinæ

b. m.

DN. JOHANNIS GRAUBENII, CIVIS
Serveftani, relictae viduae salutem &
benedictionem apprecando Sbb.

M. Martinus Füsselius, Superint. Serv.

Ergò LUPO CHARITAS benè jungitur! omine fausto
Apprecor: exemplum fortè sequela trahet.

Nomine, Sponse, LUPUS, non re dicèris: ubi, sit

Efficiet Charitas, ut CHARITATIS amor.

Verus amor, verè duo nectens pectora in unum:

Iste, Lupus, tollit, quod truculentus habet.

Sponsa, precare Deum: sanctæ charitatis ut ignis

Accendat molli pectora vestra thoro.

Tu quoq, sis CHARITAS, Sponsi charitatis amore

Incendens pectus, ne Lupus esse velit.

Sponse, Lupus vestras stygius si lederet edas

Tentet; eum vincat, fac, Charitatis amor.

A 2

Sic

*Sic LUPUS & CHARITAS benè conjungetur: idemq;
Eveniat sacro, da pie Christe, gregi.
Ecce Lupus sanctum veluti devastet ovile!
Dilanians cætus membra tenella tui.
Cervices nostras petit, & violentus oberrat:
Pelle Lupum: vincat da CHARITASq; tua.
Tale quid ut vates promittunt; sic quoq; sancto Es. ii. v. 6.
Impleat hoc cætu, gratia, Christe, tua.*



AD

Ornatiss. juvenem DN. Matthæum V Vol-
fium Juris Studiosum, Spon-
sam. &c.

SItacitam patri pertentant gaudia mentem,
Læta cum sobolem sorte vigere videt:
Cur susceptori fuerit non grata voluptas,
Si videat, fructu non caruisse preces,
Pro puero fudit quas sacri ad flumina lutri,
Cernit quem factum vultu animoq; virum?
Nemo igitur me jure meo fecisse negarit,
Quod, Matthæe, tua gaudeo sorte mihi.
Nam pro te, studiisq; tuis, quod pectore vovi,
Successus cur non later habere suos?

IN

Infantem teneris pietas te nutrit annis:

Cura, preces & lac imbibere, una fuit.

Junxisti precibus doctrinae dogma salubris,

Artibus ingenuis jura Themîq; simul.

Ardua res, fateor: merces sed magna, favorem

Hac ratione sibi conciliasse JOVÆ,

Moribus & vita insignem, qui, præmia, justi

Nunc tibi consortem donat habere tori:

Qua cum venturos te evolvere dulciter annos,

Sortem & perpetuo flore vigere, precor.

*M. Johannes Theopoldus, Sponsi,
in sacri Baptismatis ritu, quon-
dam ἀνάδοχος seu susce-
ptor.*

A L I U D.

TE Sponsamquæ tuam cantent: qui carmine dicunt
mores virginei & blanditias choris

Non est ista meo ingenio par sarcina: quando

Suspensa est tacitâ fistula cum lyrâ.

Si tamen haud vena est planè exiccata: grabatum,

in quo languidulus languidulum leves

Pectus, conficiam. **P**IETAS sit prima columna:

nam rotum stabilit firma suis opus

viribus; & reliquis est partibus unica fulcrum.

Hinc lectum foveat **P**AX: subito mala

fortuna jaculis aut technis ne ruat, aut ne

conjunctos animos lis mala dividat.

Querit **A**MOR castus sibi tertiam in ordine sedem:

qui gaudet calidum reddere lectulum,

ambo-

amborumq; fugat de corpore frigora: tædis
que sunt molliculis noxia plurimum.

Alma loco sese quarto P A T I E N T I A jungat:
que vos digna vel indigna pati jubet.

Experis P R E C I B U S fiant latera: omnia namq;
pellunt tristitia nubila longius.

Dent validos clavos V E R U M, incorrupta F I D E Sq;
ne mus nidificet, queis latera alligo.

Sit T U T E L A D E I regmen, pars ultima lecti:
qua sub tutus eris, rebus in asperis.

Nunc sunt imponenda novo quog; stramina lecto:
possitis quibus ambo requiescere.

Casus nempe malos, vestrisq; pericula cuncta
plantis subjicio: ambo his dominemini.

Confeci spondam: sed plumas asferet uxor.
Ut ne dura tibi pluma sit, adprecor.

Tu, quibus in sylvis cadantur ligna grabati,
dic nobis? Et eris ingenio ædipus.

Abrah: Cremerus Minister
Ecclesiæ Servestanæ
a. I. B. Barthol:

A L I U D.

Silicet à teneris si quis non degener annis
Sequitur mores cum Pietate bonos:
Si quis non turpis sequatur inertia vitæ
Otia, sed studiis se dicat usq; bonis;
Si quis non vanus ludit, sed sedulus audit,
Quæ fido Doctor providus ore monet:
Istum (namq; Deus bona non stertentibus offert)
Præmia sollicito digna labore manent.

Digna

Digna labore manent hunc præmia, digna Magistros
Quà coluit mentis sedulitate suos.
Talis eras quondam Legum MATTHÆE sacrarum
Cultor, & Aonii gloria vera chori!
Testis Ego. Et quoties Ego te conamima vidi
Deplorere tui stulta sodalitij.
Quando omnes monitus præfractâ mente fideles
Excipere & risu sueverat atq; joco.
Quare isti dudum pœnas (sic fata rependunt
Improba facta!) luunt quas meruere graves.
Te verò multà instructum jam Leucoris atq;
Lipsia præstantem reddidit arte Virum.
Quem tandem cunctis variarum dotibus aucta
Virtutum Fato CHARA jubente beat.
Te tua CHARA beat Natalibus incluta, famâ
Et formâ insignis te tua CHARA beat.
Scilicet & fidum sic munere fidus amicum
Asolet omnigeno lhôva beare suum:
Mores à teneris si qui non degenerannis
Sectatur verà cum Pietate bonos.

In gratiam

*Doctiss. Dn. Sponsi
Amici sui F.*

*M. Petrus à Jhena
Pedagogii-Servestani
Rector.*



Ad ornatissimum Sponsum.

Fama susurravit, quod rarius **HEBDOMAS** una
Ducenti viduam, dicendi jura, daretur,
Ædibus: hinc utrum legeres viduam anne puellam,
Castique thalami fieret fidissima consors,
Nuper eras dubius: Dubitans mox fortè videbas
Concelebrante Bano sacratæ gaudia tædæ,
Egregiam viduam, quæ prospiciente **JEHOVA**
Haud mora, visa tuos sensus animumq; tenebat,
Ut minime cuperes, licet **Hebdomas** ulla regendi
Esse tibi nunquam posset, reperire puellam:
Hanc suspirabas viduam, propriâ hanc **Et** amabas
Plus vitâ. **Votis enes Matthæe potitus:**
Exoritur sperata dies, nec gaudia differt,
Qua vidua in thalamum venit, **Et** qua sponsa tenetur
Pulcra tibi: Pulcrâ merito tibi gratulor ergò
De sponsâ, superat quæ multas una puellas
Tantum, præstellis quantum vaga **Cynthia** lucet,
Huic cestum **Cytheræa** dedit, dedit arma **Cupido:**

Quo

Quo te circumfers, nihil est nisi amoris imago,
Cerne oculos, oculis subito superaberis illis,
Si faciem spectes, tenerorum est matris amorum:
Sive habitum, moresq̄, refert hæc Pallada ubiq̄,
Et genus & forma; & quæ vix sperare liceret
Sunt tua facta die hoc: verùm Hebdomas illa regendi
Est tibi adempta die hoc; Primum succurrere salvis
Sponse, tuis rebus potuisses, si modò firma
Inter vos esset quædam conventio facta,
Ut tibi competeret nempe Hebdomas una regendi
Remq̄, domumq̄, tuam, Vidua post altera sponsæ:
Nulla adest jam veniæ spes, aut fiducia restat,
Exclusæq̄ preces, nec perfugia ulla relicta,
Conjugis imperio frustra parere recuses.
Nec tibi turpe putes viduæ huic parere, libenter
Hoc nam fecissent alii, si fortè repulsam
Non essent passi, atq̄, domum spem CORBE tulissent.
Verùm non dubito, cum sit virtutibus aucta,
Sponsa pudica, proba, atq̄, pia & non nescia flecti,
Quin cedat de jure suo, ut sic Hebdomas una
Alteraq̄, interdum detur tibi, si ipse preceris:
Interea amplexu jam hederas superate, columbas

B

Ore,

Ore, susurrantes volucres & murmure dulce:
Sit præsens cæptoq; Deus benedicat amori.

M. Johannes Cöppenius.



A L I V D.

Noffer amor versus à me, MATTHÆE requirit:
Dulcia pro versu verba, salésq; dabo.
Nec rigidâ duros imitabor fronte Catones;
Nunc mihi, quæ non sunt scripta severa, placent.

Qui quandoq; sales non immiscere facetos

Novit: is indignus, qui voret ore salem, est.

VVOLFIUS, en, ivit venatum, arcumq; tetendit,
Ut caperet, jecit retia multa, feram.

Auster & Eure fave, in lato pulcerrima vico
Janrlater, in castes hanc vocat ille suos.

Præda petita veni, prodi quæsitâ voluptas,
Quod metuas jaculi nil habet hîcce LUPUS.

O LUPA pulcra veni! succede virentibus umbris,
Cor complexa teget dextra, sinistra caput.

Triste lupus stabulis: noster sed VVOLFIUS iste
Lætum & jucundum BOCKIO & HAMELIO:

Carius at SPONSÆ, CHARITUM quæ nomine gaudet,
Quæ flos feminei pulcrior una chori.

Oscula, & amplexus, & basia plurima figet,
Quæ non ad numeros, SPONSE, putare potes.

Expleri numero fructus nequit ullus amoris;
Nec licet ad numeros poscere cuncta suos.

Cernis,

Cernis, ubi pluviis irrorat Juppiter agros,
Gutta quòd è coelis non numerata cadat.
Cernis, ubi alma Ceres nunc horrea complet aristas,
Nulla quòd in numero constet arista suo.
Sic tibi & eveniat numero sine copia prolis,
Quæ tibi spes multæ posteritatis erit.

*Affinitatis ergò
ludibam*

Fridericus Hamelius Junior.



A L I U D.

DEcisa nondum quæstio
Vagatur orbe in maximo:
De jure num Frater minor
Natu queat sacra gaudia
Thalami celebrare, antequam
Sibi grandior natu pio
More licitoq; conjugem
Duxerit? Ego arbitror, tibi
Sententiam affirmantium
Placere, quam statim quoq;
Probabo, si mihi modò

B 2

Peritus

Peritus ut Legum, unicam
Legem queas, sive canonem
Monstrare, eam sententiam
Unâ probantem syllabâ.
Quod si citare nescias
Legem unicam, sive canonem:
Hanc non probo sententiam:
Sine lege nam erubescimus
Loqui. Vide, anné feceris
Jure hoc, quod ortu Tertius
Animum tuum jam induxeris
Contrahere matrimonium,
Ortu Secundus antequam
Id fecerit. Sed interest
Nihil. J E H O V A nuptias
Fortunet omnipotens, domus
Ut repleatur plantulis,
Longissima atq; secula
Vivatis ambo Nestoris.

Sp. Fr.

Thomas VVolfius.

Oda

Oda
Ad Sponsum.

VIxti Camœnis nuper idoneus,
Matthæe, vixti nec sine gloria,
Sub patre phœbo militasti,
Signa ducemq; alacris secutus.
Defunctus at nunc hisce laboribus,
Ad castra transis illico Cypridos,
Et comparem ambis, procreatâ
Eximio patre, charitatem.
Atq; hac potitus, lætitiæ illico
Te devoves, non te patris amplius
Mors angit, haud luges ademtum
Hoc onere en tua te levavit.
Et mox levabit rebus in asperis
Curis nefandis, hæc tibi basia
Figet, colet te, diligetq;
Mutuo amore, fideq; semper.
A te nec illam perniciofa Eris,
Nec, si resurgat Centimanus Gygas,
Divellet unquam, sic supremo
Æthereoq; placet parenti.

B 3

Utrumq;

Utrumq; Vestrum incredibili modo
Consentit astrum, non malè ut auguror.

Namq; una meus, una & voluntas
Unus & est animus duobus.

Ergo subactâ ferre valebitis
Cervice, quod nunc impositum est, jugum,
Cum talis inter Vos sit ecce,
Convenientia nuper orta.

Hinc ergo vobis sit benè, ceu precor
Quin optume sit, rem gerite optimè
Dum res, & ætas, & sororum
Fila trium patiuntur atra.

*Jacobus Quatius Servestanus
Anbaldinus.*

A L I V D.

V VOLFUS aspiciens pudibundi lumina **CARÆ**
Vultus, mox tales fundit ab ore sonos:
Rex superum mihi si daret hac cum tempora vite
Exigere, optatam pol mihi ferret opem.

Naturam

Naturam HÆC VVOLF I partes nunc usq₃ per omnes
Respicens, similes fundit ab ore sonos:
Et superis ego cara, & felix esse viderer,
Talis si mecum vir foret in thalamo.
Hos gemitus querulos cœli qui regnat in arce
Suspicit, & fieri mox rata vota jubet.
Gaudia non igitur, VVOLF I doctissime, differ,
Talis enim in thalamos nunc datur ecce tuos,
Luceat in què istis dulcis concordia semper,
Blandulus adsit Eros, sit procul omnis Eris.
Copula, Numen, Amor, nectat, conjungat, obumbret,
Dextras, corda, animos, fœdere, pace, fide.

Honoris ergo

Christianus Langius
Dessâ-Anhaldin.

F I N I S.

Naturum Hic est...
Respectus...
Ergo...
Hic...
Sed...
Tamen...
Sicut...
Benedictus...
Copula...
Deus...

Christus...
Ceterum...

F I N I S



№ 1996.

8

U

ULB Halle 3
 002 063 808



Sh

nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!


28 a / 50 / 1996 /

U 8 17

M

DX





ΣΕΙΣ
uptiarum
inâ & Virtute
THÆI
STVDIOSI
NSI
mâ Lectissimâ
TATE
atissimi
S GRAUBII
estani Primarij re-
celebratarum
Id. VIIbr.
OC. XIV.
æ à
& Amicis.
ca Zacharia Dörfferi.

140.
135

